

celens, *in rebus publicis non minus versatus quam in litteris.* regi atque regine multum commendatus (1), librorum inquisitor atque coacervator studiosissimus (2), doctrinæ gloria Normannorum sui seculi princeps. Historiam et aliis commendabat scribendam et ipse scriptis coluit; inter quæ primum locum tenet Chronicum Sigeberto additum. Cum enim patriam maxime historiam narrare vellet, ex more medie statim hanc ita universalis conjunxit, ut codicem ab episcopo Bellovacensi mutuatus, Eusebium, Hieronymum atque Prosperum inde describeret puros, in Sigeberto nil mutaret, nil omitteret, sed interponeret archiepiscopos Rothomagenses atque Anglorum Normannorūnique historiam, omnia petita ex Annalibus Rothomagensibus, Beccensis atque Montis S. Michaelis, Guillelmo Pictavensi, Guillelmo Gemmeticensi, Henrico Huntingdonensi. Scripta Roberti haec sunt: *Historia Henrici I seu liber octavus Guillemi Gemmeticensis, inter a. 1135-1150.* — *Continuatio Sigeberti, incepit a. 1150.* — *Epistola ad Gervasium, inter a. 1150-1154, edita a Dachery, post Guiberti opp. p. 715.* — *De innundatione ordinis monachorum in Normannia, a. 1154, apud Dachery, p. 844.* — *Annales Montis S. Michaelis ab an. 1154 ad 1159 ipsius manu inserti chartulario monasterii, nunc in bibl. publ. Abrincensi, n. 80.* — *Prologus in Augustini Flori, apud Dachery, p. 716.* — *Prologus in Plinium ab ipso correctum, qui liber ante duo saecula ad San-Germanenses missus, nunc erit in bibliotheca regia Parisiensi.* — *Epistola ad abbatem Beccensem a. 1182, apud Bouquet, XVIII, 353.* — Quæ preter haec ei tribuntur, testimonii carent. Quid catalogus abbatum a. 1643 correctus, apud Dachery opp. Lanfranci p. 351 dicit: *Robertum 154 volumina edidisse atque turris sub ruinis et impluvio patruisse referit Historia S. Michaelis, in hoc errorem inesse appareat; libri isti 154 non sunt, quos ipse conscripsit, sed quos collegit.*

(1) Adeo ut eorum filiam Alienoram de fonte suscipieret a. 1161, et custodia Pontis-Ursonis inumeraretur a. 1162. Jam antea idem rex Heinricus II ad eum venerat in Montem a. 1156, et iterum cum Ludovico VII, bieocio post. Alexander quoque papa eum Turonos vocavit ad concilium a. 1163; quo finito, Robertus Romam profectus est, indeque redux, Angliam adiit. — *De vita Roberti cf. ipsum*

in Chronicō passim inde ab a. 1154; Labb. Bibl. ms. I, 348; Galliam Christ. XI, 520; unde sua haeserunt *Hist. litt.* XIV, 363; Bouq. XIII, præf, 30; Hirsch, p. 387. Quæ Fabricius dicit, fere omnia falsa sunt.

(2) Ut eum Heinricus Huntingdonensis vocat. Inter alia Plinium in Normanniam primus advexit

ROBERTI DE TORINNEIO

LIBER

DE GESTIS HENRICI I REGIS ANGLORUM.

(Est liber octavus Historie Wilhelmi Gemmeticensis. Vide Patrologia t. CLX, col. 879.)

ROBERTI DE TORINNEIO

CONTINUATIO SIGEBERTI.

(Vide Patrologia t. CLX, col. 423.)

ROBERTI EPISTOLA

AD GERVASIUM PRIOREM S. SERENICI.

(Opp. Guiberti Norig., p. 713.)

Charissimo in Christo fratri GERVASIO, priori S. Serenici, frater ROBERTUS ultimus monachorum Becci, salutem et obsequium.

Quoniam audio te a negotiis sæcularibus seriatum, et otio religioso occupatum, supplico dilectioni tue, quatenus ad ea quæ in Normannorum provinciæ evenerunt post excessum nobilissimi regis Anglorum, et ducis Normannorum Henrici,

A usque ad mortem illustris ducis Normannorum, et comitis Andegavensium Gausfridi describenda accingaris. Hoc enim ad augmentum famæ tue proficiet, et gratiosum me tibi, et remunerationis debitorem efficiet; et quod his omnibus majus est, novi ducis favorem non modicum forsitan acquireret. Si autem ad hoc opus manum misceris, volo ut hoc ordine illud exsequaris.